

# CERTIFICAZIONE LINGUISTICA LATINO 2015

## LIVELLO B1

### TESTO

Etruriae Duci opus suum de astronomica scientia Galilaeus dedicat verbis arte oratoria compositis, ut memoriam aeternam Magni Ducis nomen consecuturum sit

*Praeclarum sane atque humanitatis plenum eorum fuit institutum, qui excellentium virtute virorum res praecclare gestas ab invidia tutari, eorumque immortalitate digna nomina ab obliuione atque interitu vindicare, conati sunt. Hinc ad memoriam posteritatis proditae imagines, vel marmore insculptae, vel ex aere factae; hinc positae statuae, tam pedestres quam equestres; hinc columnarum atque pyramidum, ut inquit Propertius, sumptus ad sidera ducti; hinc denique urbes aedificatae, eorumque insignitae nominibus, quos grata posteritas aeternitati commendandos existimavit. Eiusmodi est enim humanae mentis conditio, ut nisi assiduis rerum simulacris in eam extrinsecus irrumpentibus pulsetur, omnis ex illa recordatio facile effluat. Verum alii firmiora ac diuturniora spectantes, aeternum summorum virorum praeconium non saxis ac metallis, sed Musarum custodiae et incorruptis litterarum monumentis consecrarunt. At quid ego ista commemoro? Quasi vero humana solertia, his contenta regionibus, ulterius progredi non sit ausa; attamen longius illa prospiciens, cum optime intelligeret, omnia humana monumenta vi, tempestate ac vetustate tandem interire, incorruptiora signa excogitavit, in quae tempus edax atque invidiosa vetustas nullum sibi ius vindicaret. In caelum itaque migrans, clarissimorum siderum notis sempiternis illis orbibus eorum nomina consignavit qui ob egregia ac prope divina facinora digni habiti sunt, qui una cum astris aevo sempiterno fruerentur.*

## ESERCIZIO NR. 1

In questa parafrasi delle parole di Galileo ci sono degli spazi vuoti. Inserisci, dove ti sembra necessario (e quindi, non necessariamente in tutti gli spazi bianchi, che possono anche rimanere vuoti), le frasi che ti sembrano utili a completare il senso del testo, scegliendole tra quelle sotto indicate.

Segnala il numero corrispondente nello spazio vuoto.

*Bene meruerunt atque humanissime egerunt qui \_\_\_\_\_ praestantium virorum virtutes ac res gestas invidia ac oblivione eripiendas eorumque memoriam immortalem servandam \_\_\_\_\_ existimaverunt, ad quod propositum\_\_\_\_\_. Unde simulacra e marmore vel ex aere, signa pedestria atque equestria posita; unde columnae atque excelsa aedificia \_\_\_\_\_, ut poeta quidam dixit, aedificata sunt; praeterea urbibus ipsis virorum illustrium nomina indita sunt\_\_\_\_\_, quae omnia gratum animum posteritatis \_\_\_\_\_ atque illorum memoriam aeternitati commendarent. Nam hominum mens est quae praeteritarum rerum memoriam facile \_\_\_\_\_, nisi imagines externae, in eam irrumpentes, eam \_\_\_\_\_ atque recordationem cotidie exsuscitent\_\_\_\_\_. Tamen fuerunt qui, cum \_\_\_\_\_ atque diuturniores exitus persequerentur, praeclarorum virorum memoriam non simulacris, statuis, aedibus, sed Musarum custodiae mandaverunt, inscriptam in litterarum monumentis\_\_\_\_\_, quae numquam, opinabantur, ad ultimam corruptionem devenire possent. Quid plura? Velut si hominum animus atque industria \_\_\_\_\_ non auderet! Nam ingenia quaedam praeclara, cum tempora futura prospicerent atque \_\_\_\_\_ intellegerent, incorruptibilia signa quae siverunt\_\_\_\_\_ atque invenerunt, ubi neque tempus, quod omnia aufert et devastat, neque infesta vetustas aditum habeant. Itaque, ad caelum \_\_\_\_\_, clarissimis sideribus, quae perennes orbes circumeunt, praeclarorum virorum nomina dederunt, quorum facta, prope divina, eos dignos ostenderant qui \_\_\_\_\_ ac astris fruerentur.*

1. omnia peritura
2. assidue moveant
3. strenue operam dederunt
4. maiora consilia agitarent
5. hos fines transgredi
6. animum vertentia
7. impensis immanibus
8. erga illos significant
9. deponat
10. eadem aeternitate

## **ESERCIZIO NR. 2**

Come tradurresti, nel brano di Galileo, le seguenti espressioni?

1. *tutari* (r. 2)

- a) rafforzare
- b) perfezionare
- c) tranquillizzare
- d) difendere

2. *vindicare* (r. 3)

- a) vendicare
- b) esigere
- c) proteggere
- d) punire

3. *proditae* (r. 4)

- a) prodigate
- b) rivelate
- c) tramandate
- d) fatte avanzare

4. *simulacris* (r. 9)

- a) simulazioni
- b) somiglianze
- c) immagini
- d) falsità

5. *extrinsecus* (r. 9)

- a) estraneo
- b) da lontano
- c) straniero
- d) dall'esterno

6. *tempestate* (r. 14)

- a) inclemenza del tempo
- b) rigidità del clima
- c) avversità delle circostanze
- d) trascorrere del tempo

7. *edax* (r. 15)

- a) che tutto trangugia
- b) che tutto contrasta
- c) che tutto corrompe
- d) che tutto oltrepassa

### **ESERCIZIO NR. 3**

Nel testo che hai letto, quali parole hanno lo stesso significato di quelle qui elencate? (Indichiamo i nomi al nominativo e i verbi all'infinito). Scegli i vocaboli corrispondenti nell'elenco alla fine dell'esercizio e trascrivile a fianco di quelli in elenco.

1. *aeternitas* \_\_\_\_\_
2. *consignare* \_\_\_\_\_
3. *imago* \_\_\_\_\_
4. *interitus* \_\_\_\_\_
5. *migrare* \_\_\_\_\_
6. *monumentum* \_\_\_\_\_
7. *prospicere* \_\_\_\_\_
8. *pulsare* \_\_\_\_\_
9. *sempiternus* \_\_\_\_\_
10. *vetustas* \_\_\_\_\_

antiquitas, documentum, effigies, exitium, mandare, peragrare, percutere, perennitas, perpetuus, providēre

### **ESERCIZIO NR. 4**

Il testo proposto ha un andamento fortemente retorico, come è d'uso nei proemi, e presenta una struttura che sottolinea il progressivo ampliarsi dei mezzi utilizzati dall'industriosità umana (*climax*). Individua le parti che compongono questa struttura e riporta qui di seguito:

- a) i punti di snodo del pensiero (ossia, elenca i diversi mezzi utilizzati, secondo Galileo, dall'industriosità umana per conservare il ricordo degli uomini illustri e delle loro grandi imprese)

---

---

---

- b) i connettivi che introducono le diverse parti della riflessione

---

---

## **ESERCIZIO NR. 5**

Indica quali delle seguenti affermazioni si possono ritenere vere, e quali false

1. *Quosdam viros, quamvis excellentes, sempiterna memoria censere dignos humanae superbiae est.*

Vero \_\_\_\_\_ Falso \_\_\_\_\_

2. *Cum sideribus clarorum virorum heroumque, qui aeternitate digni viderentur, nomina committerent, antiqui eorum memoriam ab interitu se tutari posse opinati sunt.*

Vero \_\_\_\_\_ Falso \_\_\_\_\_

3 *Ut Galilaeus adfirmat, maximi momenti est summorum hominum res gestas recordari, ita ut posteri excellentia exempla semper imitentur.*

Vero \_\_\_\_\_ Falso \_\_\_\_\_

4. *Antiquitus quidam rerum preclare gestarum memoriam nulla ratione servari posse existimaverunt, quia nihil in rebus humanis aeternum fieri posse opinabantur.*

Vero \_\_\_\_\_ Falso \_\_\_\_\_

5. *Excellentium virorum imagines posteritati proditae eorum memoriam sempiternam efficiunt.*

Vero \_\_\_\_\_ Falso \_\_\_\_\_

6. *Maximis laudibus afficiendi sunt poetae atque oratores, qui uni rerum praeteritarum memoriam operibus suis sempiternam efficere potuerunt.*

Vero \_\_\_\_\_ Falso \_\_\_\_\_

7. *Astra, quia ad caelum pertinent ac semper eosdem cursus orbesque conficiunt, aeterna atque incorruptibilia antiquis videbantur.*

Vero \_\_\_\_\_ Falso \_\_\_\_\_

## **Griglia di valutazione**

La certificazione si ottiene con almeno 3 esercizi sufficienti su 5

Un esercizio risulta sufficiente se contiene 7 risposte giuste su 10 (o 5 su 7 nel caso di esercizi a 7 domande)

LIVELLO B2

Cum perspicillo, instrumento novissimo, uteretur, Galilaeus quattuor sidera circa Iovem vagantia videre potuit, antea numquam conspecta, quae Medicea Sidera nuncupavit. Qua de causa non dubitat quin propter hoc opus memoriam aeternam Magni Ducis Cosmi Medices II nomen consecuturum sit

## Esercizio nr. 1

Traduci il seguente passo, che è la prosecuzione immediata di quanto appena letto nell'ambito della prova di livello B1:

*Quam ob rem non prius Iovis, Martis, Mercurii, Herculis caeterorumque heroum, quorum nominibus stellae appellantur, fama obscurabitur, quam ipsorum siderum splendor extinguatur. Hoc autem humanae sagacitatis inventum, cum primis nobile ac mirandum, multorum iam saeculorum intervallo exolevit, priscis heroibus lucidas illas sedes occupantibus ac suo quasi iure tenentibus: in quorum coetum frustra pietas Augusti Iulium Caesarem cooptare conata est: nam cum stellam suo tempore exortam, ex iis quas Graeci “cometas”, Latini “crinitas” vocant, “Iulium Sidus” nuncupari voluisse, brevi illa evanescens, tantae cupiditatis spem delusit. Atqui longe veriora ac feliciora, Princeps Serenissime, tibi possumus augurari; nam in coelis lucida sidera sese offerunt quae tamquam linguae praestantissimas virtutes tuas in omne tempus loquantur ac celebrent.*

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

### **Esercizio nr. 2**

Rispondi (in latino) alle seguenti domande, con max. 30 parole per ciascuna risposta:

1. *Cur nulla stella servat Caesaris nomen memoriamque imperituram?*

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

2. *Cur, cum multae stellae heroum principumque nominibus antiquitus appellatae sint deindeque vetus id institutum exoleverit, nunc, auctore Galilaeo, reviviscere potest?*

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---